

Digitales Brandenburg

hosted by Universitätsbibliothek Potsdam

**Georgii Adami Struvii jurisprudentia romano-germanica
forensis ...**

Struve, Georg Adam

Jenae, 1734

Liber I. De iurisprudentia et iure in genere; ac in specie de iure
personarum.

urn:nbn:de:kobv:517-vlib-7440



a) I. N. I.
IVRISPRUDENTIAE
b) ROMANO - GERMANICAE
FORENSIS
LIB. I.
DE
IVRISPRUDENTIA ET IVRE IN
GENERE; AC IN SPECIE
DE

IVRE PERSONARVM.

TIT. I.

DE IVRISPRUDENTIA, EIVSQUE
FINE, IVSTITIA.

APHOR. I.

Iurisprudentia , secundum *Iurisprudentialium*, est diuinorum atque humanarum rerum no-

VLPIANVM, est diuinorum atque humanarum rerum no-

titia, iusti atque iniusti scientia, l. 10. §. 2. de iust. & iur. h. e. Est prudentia , ius ad actiones, circa diuinas & humanas res, in ciuili societate obuenientes, applicandi, ut æquum ab iniquo separetur, licitum ab illicito discernatur, l. 1. §. 1. de Iust. & Iur. Vel iuxta eundem

A

eundem

a) Conf. Nov. 17. (ed. et Strus
de invocatione nominis divini
b) quia a Romanis. Imperatoribus
uexta, in Germania autem
postea recepta est

eundem VPLANVM: Ius (seu disciplina, doctrina iuris) est ars boni & æqui, *l. 1. pr. eod.*

Finis

II. Finis huius prudentiæ in eo consistit, ut iustitia in actionibus hominum, quæ in ciuili societate obseruentur, obseruetur, & istæ actiones secundum normam legum & iurium dirigantur, *l. 1. §. 1. v. iustitiam. de iust. & iur.*

Iustitiae definitio. III. Iustitia in genere est habitus, quo ad agendum iusta homines sunt idonei, & ex quo *L. 1. ff. t. 1.* iusta agunt voluntque, ARIST. *V. Eth. 1. ior.*

Diuiso in vniuersalem IV. Distingui hæc solet in iustitiam universalem & particularem. Illa comprehendit in se omnes virtutes alias, quando nimirum homo virtutibus secundum leges incumbit, eum in finem, ut in societate civili bene ac feliciter cum aliis viuat, & Respub. sit beata, vid. ARIST. *d. V. Eth. 3.*

& particu- larem. V. Iustitia particularis, definiente VPLANONO in *l. 10. de iust. & iur.* est constans & perpetua voluntas suum cuique tribuendi. h. e. Iustitia est habitus voluntatis seu virtus moralis seruandi æqualitatem inter plus & minus, in iis quæ alteri in societate civili tribuenda & irroganda, vid. ARIST. *V. Eth. 4. & 9.*

Quæ du- plex. VI. Quoniam vero ea, in quibus damnum alteri inferri potest, ita se habent, ut vel ciues quatenus tales, seu quatenus considerantur ut ciues vnius Reip., concernant: vel propria sint, & ad ciues tanquam singulos, peculiari-

ter

inferiores; atq[ue] hinc orta est definitio, rerum
diuinarum et humanaarum notitia, quoniam
non solum acti priuatorum, v.g. contractis,
testamentis ordinantur a illis, sed ea quoq[ue]
quae ad cultum diuinum externum et disci-
plinam Ecclesiae pertinent. Recligatur
tem ~~Jurisprudentia~~ dicit habilitas mentis
leges cognoscendi, interpretandi, et ad
factum applicandi.

I. IV. in iustitiam uniuersalij et particularen-
Iustitia est conformitas actionum nostra-
rum cum lege. Lex est vel interna vel ex-
terna. Interna praecipit omnes virtutes et
perfectionem amoris: Virtutes non possunt
extorqueri, sed volunt persuaderi. Ergo iu-
stitia uniuersalis non est finis iurispru-
dentiae Civilis et iuris sunt leges, quae ver-
sant circa praeceptadas virtutes; v.g. cir-
ca ebrietatem in gen. extirpandam, et con-
fundit hac rat. officium Doctoris et legis-
latoris. Particularis vero versat circa
fusum cuius tribuendum, ubi adfuit media
coegeri idonea; v.g. in contractibus seruan-
dis, in triis rerum non laedendis. Ergo iu-
stitia particularis est finis Jurisprudentiae.
De cetero notandum est, quod Grotius iusti-

tia universalis dicat attributrix, particularis vero expletrix, sive quod idem per se deo exigi potest, in fine B. et S. Lib. I. Cap. I. 8. Conf. Marcellus in diss. quater. Princeps sit curator salutis fabulatorum aeternae.

I. 171. secundum proportion. geometricam.

ICL conceptum iustitiae particularis ex scholis Mathematicorum demonstrarunt. Prout enim datur series numerosum, ubi eadem est differentia, quae dicit proportio arithmetic. Ea; ita quoq *iustitia commutativa* nullam respicit personae diversitatem, sed in contractib*z*, damnis restituendis et in poenis ordinariis; v. g. in homicidio. Ubi

Prop. geometr. vero magna est differentia numerorum dia-
2-4-8-16-32-64 tur proportio geometrica: ita iustitia de-
particularia respicit qualitatem personae scilicet
in honorib*z* et officiis distribuendis et in
delictis, ubi obtinet poena extraordinaria
v. g. in falso. Non ergo opus est, non ampe-
ciam iustitiae vindicatiue constitare
cum Grotio, sed quae obtinent de peccatis per-
tinent partim ad distributionem, partim ad
commutatiuam iustitiam, L. 16 S. 1. et 3*f* de
poenis.

Prop. arithmet.
2-4-6-8-10-12

Prop. geometr.
2-4-8-16-32-64

ter spectent: ideo duæ species iustitiae particularis constituuntur; nimirum distributiua, & correctoria seu commutatiua.

VII. Iustitia distributiua est, qua illa, quæ *Distribu-*
ciibus in societate ciuili communia sunt, vt *tua,*
honores, munera & onera, ipsis secundum
cuiusque qualitatem & conditionem defe-
runtur, ita, vt secundum proportionem Ge-
ometricam seu respectiuam æqualitas inter eos
obseruetur.

VIII. Iustitia commutatiua seu correctio- *& Commu-*
ria est, quæ æqualitatem seruat in iis, quæ ad *tatua.*
ciues singulos peculiariter in societate ciuili
spectant, nimirum quoad personas & res ci-
vium proprias, & in contractibus inter ciues
celebratis, de rebus singulorum; nec non in
pœnis ob delicta infligendis, vel etiam da-
mnis resarcendi, vid. ARIST. 5. Ethic.

IX. Ut vero iustitia in actionibus homi- *Circum-*
num rite obseruetur & iustum ab iniusto be-
stiantiæ be-
ne discernatur, in genere sciendum est, quod *ne confide-*
randæ.
qualibet actione & quolibet obueniente casu
circumstantiæ diligenter sint considerandæ.
l. 52. §. 2. ad L. Aquil. l. 1. §. 3. ad L. Cornel.
de Sicar. l. 13. C. de Transact.

X. Cum primis vero attendendum est, an *Et cum pri-*
ex proposito, vel saltem sponte; paciente & *mis an ex*
volente; an vero ex negligentia; culpa & *proposito*
errore quid contigerit vel admissum sit; an *seu dolo; an*
vero casu fortuito, quem hominum diligen- *caju quid*
tia auertere nequit, quid euenerit. Qua de *contigerit.*

re inferius in materia contractuum & delictorum vberius agendum.

TIT. II.

DE

IVRE IN GENERE.

APHOR. I.

Iuris in genero de scriptio. Ius est regula seu ordinatio & principium a superiori præscriptum, secundum quod actiones hominum instituendæ, vt sint iustæ; vel secundum quod actionum bonitas & malitia, æquitas & iniquitas æstimatur.

Divisio in publicum & priuatum. II. Diuiditur ius in publicum & priuatum, l. 1, §. 2. de Iust. & Iur. Illud concernit statum Reipubl.; hoc vero dirigit actiones ciuium priuatas, vt sint iuri & iustitiae conformes: §. vlt. I. de iust. & iur. de quo posteriore hic agimus.

In naturale, III. Porro diuiditur ius in naturale, gentium & ciuile dict. text. Ius naturale est, quod DEVS cuilibet homini indidit, vt iuxta dictamen rationis sciat, quid honestum & faciendum sit, quidue turpe & omittendum. v. g. DEVVM colere & timere: honeste viuire; parentes venerari; neminem lädere; suum cuique tribuere; vim vi repellere.

Cui similes sunt inclinationes naturales brutorum. IV. Huic naturali iuri quodammodo similes sunt naturales istæ inclinationes, quæ etiam in brutis animalibus reperiuntur, vt maris & fœminæ coniunctio, proliis procreatio

1511

de

IURE NX GENERE

I.I. Ius s. Lex est voluntas Superioris obligans inferiores ad obsequium, id est sub poena vel expressa vel tacita, quod sapienter monuit Thomasius in Iuris prudent. divina. Non ergo tolerari potest distinctio inter legem permisam et praecepsitiam. Omnis enim lex est vel prohibitoria; v. g. in criminalibz, vel praec. ptiva; et quod permittit unius, prohibet alterius cum clausula poenali. Tacita poena se exercit, v. g. in lege de testamentis, quod quis 4 testes adhibere debeat, ubi poena nullitatis tacite inest. Am proprie ergo lex dicit 1) propositum, quod sibi ipse aliquis prescribit 2) pactum quod obtinet inter aequales et 3) consilium superioris, propter deficiens ius cogendi.

I.II. Ius publicum est reg. Principum et subd. torum inter se inuicem, ita sc. ut si ex princi. cipio rationis deducant officia Principum et subdolorum, veniat sub nomine Iuris Publ. Univers. s. iuris Ciuitatis, quod illustravit Boehmer in Iure publ. univers. Huberg de iure Ciuitatis cum notis Thomasi et Kettig in Element. Prudent. Cuij.

Ius subl. speciale est imperio Romano-Germanico proprium et explicat iura imperatoris et statuum, praesertim iura comitiorum.

Specialis enim est, quod singulis provinciis est proprium, quod hacten nondum est satis exculsum, praesertim quoad Germanise provincias speciales. Nam pertinet ad arcana imperii, nec cuiusconque lingue adire Corinthum; conf. Dng de Ladevog
subtil. Guiovanni in Germania principe.

I. VII. Ius Gentilium est vel proprium vel improprium. Improprium est, quod explicat instituta apud gentes moratores recepta, in quo sensu dicantur contractus, dominia rerum et magistratus consularium esse iuris Gentilium. Proprium ius Gentilium est doctrina de officiis Gentilium inter se, sive est ius Naturae applicatum. Idem enim principium, eadem officia necessitatis et humanitatis, quae sunt inter singulos, oblinient inter gentes: datus laesio perfecta, si ius honoris derrogat ex pacto tale vel ex fundamento possessionis: datus medium cogens, quod dicit bellum. Gentes enim vivunt in statu naturali. Praeterea ius ceremoniale inter gentes nichil aliud est, quam decorum gentium, quod magis pertinet ad politiam; videlicet in iustitia, ceremonia, iustitia, gloria et pudore in Compendio iuris Universi.

Supplementum ad I. VII. Ius divinum est vel naturalis vel mortalia vel mortuum sive revelatum. Hoc ac-

atio & educatio, quo spectat definitio V.L.
PIANI in l. 1 §. 3, d. I. § I.

V. Atque hæc naturalia & quasi innata
iura tolli vel mutari nequeunt, §. pen. I. d.
I. N. G. & C.

VI. Ius gentium est, quod communiter Gentium.
homines ex ratione, propter communem ne-
cessitatem ac utilitatem, in societate civili
agendum esse colligunt, §. 1. 2. I. de I. N.
G. & C. l. 9. de iust. & iur.

VII. Hoc commune gentium ius vel 1.) *Distinctio*
concernit singulos homines quoad eorum *iurisgenti.*
personas & res seu bona: & adscribuntur huic ^{um.}
distinctio dominiorum, contractus, consti-
tutio Magistratum & iudiciorum, l. 4. &
5. de I. & I. vel 2.) concernit gentes inter
se consideratas, & illos, qui vni genti sunt
addicti, ratione alterius gentis: quo perti-
nent iura commerciorum inter gentes, trans-
itus per terras alterius gentis. Similiter et-
iam eo spectant belli iura. Cum enim istæ
diuersæ gentes communem iudicem in terris
non habeant, per bella damna & iniuriæ vin-
dicantur, vel etiam vis & iniuria auertitur:
vnde victori cedunt personæ & bona devicto-
rum, d. l. 4. & 5.

VIII. Ius denique ciuile seu positivum *ius ciui-*
est, quod maiestas peculiariter ad Reipubl. *lis seu po-*
cui præest, commodum & salutem constituit *situs de-*
& promulgat, vt secundum istud actiones su- *scriptio.*

*Eius diuis. as subditi instituant, l. 9. de iust. & iur. §. I.
Iuris scripti defi-*

*nit. In sl. & 2, I. de I. N. G. & C.
tu populari ptum & consuetudinem. Illud est, quod
Romano Maiestas per expressas sanctiones subditis
aliud ciuale præscribit l. 9. C. de LL.
strictè di.*

X. Apud Romanos in politia seu statu po-
ctum.

*Aliud præ- populari aliud erat ius ciuale strictè dictum;
torium. in aliud honorarium seu prætorium. Illud ex
statu Mo- legibus, plebiscitis, Sæcis, & autoritate pru-
narchico dentum constat, vid. §. 3. & 4. I. d. I. N. G.
accessit & C. l. 7. pr. de I. & I. Hoc ex editis Præ-
constitutio torum & Ædilium curulum venit, vid. l. 7.
Principis. d. tit.*

*L. 1. ff t. 3. XI. Illi, sc. iuri ciuali strictè dicto, acces-
de Legibus sit in Statu Monarchico Constitutio Princi-
Senatusque pis. Vid. Heinrichi Elem. Jur. Civ. pag: 17.*

*Consultis & longa
Consuetu-
dine. L. 1.
ff. t. 4. de
Constitut.
Principum
Consueta-
dinis de-
scriptio.
Requisita.*

*XII. Consuetudo est ius subditorum usu
introductum, tacitoqne summæ potestatis
consensu approbatum §. 9. de I. N. G. & C.
l. 32. §. 1. de LL.*

*XIII. Requiruntur igitur ad consuetudinem
1.) actus plures apti, vt ex illis ita cele-
bratis fiat ius. l. 1. l. 2. C. quæ sit long. consu-
2.) approbatio tacita summæ potestatis d. l.
32. de LL. Communiter hæc requisita ita
recenseri solent, vt desideretur 1.) rationa-
litas 2.) actuum frequentia 3.) diuturnitas
temporis. dict. text.*

*Probatio. XIV. Constat igitur hinc, quod si consue-
tudo non sit notoria, ista sit probanda, ex
plu-*

diuidit in Universale, quod obligat solum gen-
Humanum, quo pertinet non solum decalog sed
et ius divin. morale in specie, scilicet talia praecepta,
quae ex sola rat. demonstrari non posunt; v.g. de
restrictione diuortiorum, de prohibitione graduum,
de homicida interficiendo, Gen. 9. Particulare est
Iudeis proprium; alio est vel ceremoniale, quod co-
erxit religionem Iud. vel forense, quod contractus
et negotia civili. inter Iudeos determinat, quod
hodie non est obligatorium; vid. Ludovici in histor.
Iuris div. Universali.

I. X. et XI. Et p[ro]p[ter]a Romanos triplex erat statu 1) regis
2) popularis 3) monarchic[us]. Ex statu regio venie-
bat ius Sapirianum, quod etiam cum ipsis regibus est
abolitum. In statu populari LL. XII. Tab. ex Graecia
sunt arcessitae et superueniebant postea LL. à Po-
pulo et Senatu propositae, SCIT et Edicta Prae-
torum; alio ex his partibus constant Pandectae si-
ue Digesta. In statu Monarchico pronulgaabant
imperatores LL. ex auctoritate propria sub nomine
Constitutionum, quas colligit Justinianus in Cod.
et Novell. De cetero contra Thomasm in notis
ad Inst. h. l. notandum est, Sodice adhuc super-
esse differentiam inter Ius Civ. Primitivum dictum
et Praetorium, prout docet doctrina de Successo-
fione, de Restitut. in integrum, de Praescriptio-
nibus actione. Falsum enim est argum. quod quidam
vniuersum est in uno, illud neq[ue] differt in partibus
Partes enim retineant separata[m] nat. non obstante
uniione facta. In vero lex sit plebis citum, an alias

genus legum, hoc nosse parum interest. Sufficit enim, quod aequali gaudet auctoritate.

I. XIII. Confuetudo est iustitium, quod oīt exactioribus publicitorum uniformibz et per temporis legitimitatem lassum continuatis. Vtqz debent esse uniformes, i.e. sibi similes in dictis circumstantiis, v.g. quando ut dila prouocat ad dominian partem hereditatis post mortem mariti, non sufficit de monostache, quod ha. cters in simili causa contra fratres maritorum obtinuerint videtur. Si enim in praesertim causa res cum liberis defuncti, praecedentes casus nichil operantur. 2) Praeterea prescriptio 10 vel 20 annorum a tempore primi actus requirit, Ap. fin. X de con. suetudine; quamquam in L. allegata prescribere significat excipere. 3) Rationabilitas per se patet, unde reiiciunt mores coram pto opificiis et magis est corruptela quam confuetudo.

I. XV. Canonico. Ius canon. versat circa cultum diuin. personas et res ecclesiasticas. Pontifex vero sibi adsignata sponte est super presbus, unde hodie in pleris materiae Iuris Civilis ultimus decisionibus Iuris Canon. Dividit in Decretum et Decretales. Decretum est collectio gratiarum, quae continet collectanea ex patribz et conciliorum Ecclesiae definita; atqz huic est ex iugis usus in Iuris. Decretales sunt epistolae Pontificium s. restituta, quorum usus se exercit in iuris decretalibus, qui vocant Extra. (X) ist. in iuris bzo. Decretal. et in Clementinis Constitutionibus. Ziegler in J. de Origine et progressu Iuris can.

I. XVI. Statuta sunt leges particularissimae;

pluribus nimisrum actibus, & quidem in specie in hoc loco & casu, de quo agitur, celebratis. vid. tract. ROCH. de CVRTE it. PETRV^S SALAZAR. de vsu & consuet.

XV. In nostro Imperio in vsu sunt iura *Iura in imperio* communia, quæ continentur in iure *perio nova* Ciuli & Canonico, quatenus sc. sunt recepta *flro vigen-*
Recessibus Imperii & variis consuetudinibus.
Porro obtinent iura particularia, quæ continentur in iure Saxonico, Ordinationibus,
Principum Constitutionibus, item particularibus consuetudinibus.

XVI. Sæpius & in ciuitatibus sunt certa *statuta ci-* statuta, quæ tum demum plenum vigorem *vitatum.* habent, si vel civitas singulariter priuilegiata sit, vt possit ius condere; vel superior eiusmodi statuta confirmauerit. Pertinent *opificum.* etiam hue opificum seu collegiorum statuta, quæ etiam confirmatione opus habent.

XVII. Illud itaque ius, quod in loco ser- *Quæ iura* vatur, quo ius dicendum venit, probe est co- *probe co-* gnoscendum. l. 1. §. 1. verb. boni & aequi. *gnoscenda,* & ad fa-
notitia, d. I. & I. l. 2. §. 43. vers. turpe, d. itum fin- O. I. & deinde, exploratis singulis facti obue- *gulare pru-* nientis circumstantiis, legitime ac prudenter denter ap-
plicandum d. l. 1. §. 1. verb. *discernentes, plicanda* separantes, d. I. & I. vid. d. l. 2. §. 13. d.
O. I.

XIX. In qua juris accommodatione præ- *Iuxta æ-* primis aequitas est obseruanda. d. l. 1. pr. *quitatem.* verb. aequi & boni l. placuit, 8. C. de iudic.

l. 18. d. LL. l. 90. d. R. I. quippe quæ definitore ARISTOTELE, est ἐπαρνογθωμα iuris legitimi, ea parte, qua deficit ob vniuersale, non sec. legem. 5. Eth. 14. h. e. est commoda seu recta conformatio iuris, generaliter ac indefinite lati, ad casus in lege non expresse seu non sigillatim decisos. vid. ARISTOT 6. Eth. 8. § 1. Rhet. 13. add. l. 3. 4. 5. § 6. d. LL.

*Et modos
interpre-
tandi.*

XIX. Ut vero hæc æquitas obseruari possit, 1.) verba 2.) mens & 3.) ratio legis reæte est perpendenda, l. 17. d. LL. l. 24, eod. ARIST. d. 1. Rhet. 13. Si itaque aperta & clara verba & sententia legis fuerint, ista per simplicem interpretationem applicanda, conf. l. 7. §. ult. de supell. leg. l. 60. §. 1. d. legat. 3. Sin autem sententia & ratio legis sit generalior verbis, ad casus similes ea extendenda: l. 12. l. 13. l. 24. d. LL. l. 32. ad L. Aquil. l. 7. §. 2. d. Idicet. si denique sententia & ratio legis sit restrictior, lex quoque restringenda erit, l. 32. d. paet. l. 2. §. 3. ad SCt. Vell. l. 7. C. d. LL.

Nec non vsum seu obseruantiam.
XX. Aliquando etiam lex dubia determinatur inde, vt spectetur, quid retro in eiusmodi casibus sit obseruatum & iudicatum l. 37. l. 38. d. LL. l. 2 §. 24. d. O. I. verb. quod vetustissima iuris obseruantia. vbi hæc inter alia adnotat ANTON. MORNACIVS: gravissimus hic est textus in id, ut a vetustissima iuris obseruantia nunquam, si fieri possit, discedi debeat. Iung. l. 24. ad municipal.

civitatum, pagorum et collegiorum, vim est ob-
ligationem producentes vel ex pacto vel ex con-
firmatione superioris. Derogant iuri com-
muni, onus de regula est orta. Williste adro
Danz. August Brust Land. Rupt. Confirmatio
praesertim necessaria est, si contra ius commune
disponant statuta. A proposito opifices et mercato-
res statuta ad seilla h[ab]ent fr[an]c[is]c[us]. Articul[us], quos
confirmat magistratus vel Princeps pro stata
territoriarum; vid. Inv. Diuiss. Difffus, D[omi]n[u]s
Ies[us] Handwritto M[ari]i Broc[hi]n de Ano 1731. et
Adriani Beyer de iure Opificiario.

I. XIX. Interpretatio est explicatio mentis du-
biae secundum regulas probabilitatis non solum
in legibus explicandis sed et in contractibus et pri-
uatorum testamentis utilis et necessaria est in-
terpretatio sive ars interpretandi. Ratione
legum interpretatio dicitur authentica, quae fit
ab ipso legislatore, usualis, si per usum fori
lex dubia fit clara. Doctrinalis vero propria
est illis, quae versat circa verba obscura et dicit
simplex sive declarativa. Si occurrant verba
antiqua vel technica, consulenda sunt glossaria,
quo pertinet Wachler. Porro versat circa me-
tem legislatoris vel extenderdam vel restringen-
dam. Quoties enim verba legis nimis sunt angusta
ratio vero legis ad plures casus quadrat, toties
ex analogia iuriis legem extendimus. Cuendam

vero est, ne extensio fiat in priuilegiis, nec
in criminibus; vid. v. Thomassig in disf. ac fa-
uorabili foris extendenda et odiosa restringenda.
I. X. Usualis interpretatio est fundamentum
obseruantiae fori, unde saepissime ea provocat
contra expressa verba legis in causis priuatis
et publicis sub nomine de Grotius et alii; vid. Kul-
pisius, Thomassig et Kemmerich in disf. de ob-
seruantia fori et imperii et Gribner de obser-
uantia legiorum iuridicorum. Obseruantia
ergo extendit, limitat et abrogat legem expres-
sam: Hinc iudices iurare debent, quod monu-
ciare velint secundum leges et obseruantias

I. I. *) Statu est divisio hominum in suas classes
hanc in sicut facta, ut sciamus, quo quis iure
diuerso utatur. Status ergo est fundamen-
tum iuris personarum, sive ut Pufendorffig
in Jure Naturae Lib. 1. cap. 1. §. 6 loquitur.
Status est spatiu[m] morale, in quo homo degit,
et secundum quem actiones hominis laxantur
et restriquantur.

pal. in cuius fine hæc habentur: *cui consequens est*, ut ne in futurum a forma obseruata discedatur. Tanti esse docet IOH. FABER. ad pr. tit. de offic. iud. in Inst. insistere vestigiis vetustissimæ huius iuris obseruantia, vt dicat, nullam esse irritamque sententiam, quæ contra statum notumque iuris consueti ordinem lata est &c.

XXI. Cæterum omnes hominum *actiones ius vel* & negotia, de quibus iura ordinantur, vel *personas* personas & statum seu conditionem perso- *earumue* narum; vel res & bona ipsarum concernunt; *statum at-* *tinet,* hinc aliud est *IUS PERSONARVM*, aliud *IUS RERVM*. De vtroque 1.) sciendum, quid se- *vel res.* cundum ius personarum vel rerum competit 2.) qua ratione & modo illud ius sibi com- *Vtiusque* petens quis ab altero, qui sponte non tribuit, *tractanda* per actiones & iudicia consequi possit. *cognitio &* *persecutio.*

TIT. III.

DE

IVRE PERSONARVM SEV
STATVM HOMINVM, INDE-
QVE VENIENTE PRIMA
DIVISIONE.

APHOR. I.

Persona hic significat hominem in societa- *Persona* te ciuili viuentem arg. rubr. I. de iur. person. seu homo. iunct. rubr. Et 3. ff. de stat. hom. Habet ve- *L. 1. ff. t. 5.* ro homo aliquem *statum seu conditionem at-* *de statu ho-* tributam vel ab ipsa natura, vel a iure. *mnum.*

A 5

II. Iux-

*Iuxta sta-
tum natu-
ralem ra-
tione sexus hom.*

*est vel ma-
sculus vel
foemina.*

*Vel natus
vel nasci-
turus.*

*Tempus
iustum na-
tuitatis.*

II. Iuxta statum naturalem distinguuntur homines 1.) ratione sexus l. 9. l. 10. de stat. tione sexus hom. quod scil. alii sint masculi, alii foeminae (quarum virtus, ait Aristoteles, corporis est pulchritudo & magnitudo; animi vero, temperantia & φιλεργία οὐελευθερία, b.e. ut sit amans laboris, absque tam sensordibus & auaritia) vel etiam Hermaphroditū seu androgynū, de quibus sciendum, quod eius sexus sint aestimandi, qui in iis præualet. l. 10. de stat. hom. l. 15. §. 1. de test. vid. ALPHONS. A CARANZA tr. de part. legitim. c. 17. n 66. & seqq. item PAUL. ZACH. in question. Medico-Legal. P. 1. t. 2. 2) Alii sunt iam nati, alii nascituri seu in utero; de quibus notandum, quod in iis, quae ad communum eorum spectant, perinde habentur, ac si iam nati essent. l. 7. l. 26. de stat. hom. & quod eorum gratia prægnantibus parcatur, & poena vel etiam tortura differatur, usque dum partus sit editus, & sex septimanæ præterlapsæ. l. 18. d. stat. hom. l. 3. de poen.

III. De natis sciendum est, quod septimo vel octavo mense nati, a die nuptiarum celebratarum, pro legitimis liberis secundum communem Medicorum & ICtorum sententiam habeantur, imo quod etiam ob favorem partus decimo, vel etiam initio undecimi mensis admittantur. l. 12. de stat. hom. l. 3. §. pen. & ult. de suis & legitim. hered. add.

I. II. Aliū fuit masculi, aliū feminæ. Masculi
et feminæ in causis ordinariis aequaliter obser-
tur iure L. 2. f de verbis signif. Verbum si quis
comprehendit si qua. Masculi vero in honore
et solemnitatibus praeferuntur feminis. Quoties ve-
ro in becillitas sexus respicit, feminæ sunt so-
tiores, unde orit maximus privilegiorum cumulat
hermaphroditi secundam sexum praevalentes
existimant et praecedit ocularis inspectio;
Si vero ex utrōq; valeant, pāndam est electione
hermaphroditi et hinc nulla admittit varia-
tio. Arg. L. 5. Cod. de obligat. et actionibz.

I. III. initio undecimi. Duplex terminus natiuita-
tis est attendendg; 1) Terming a quo, qui olim
erat initium 7^{mi} mensis. Hoc die sufficiet pri-
mo vel altero die post sacerdotalem copulam
partum esse editum. Puniunt tamen coniuges
propter anticipatum concubitum, nisi obstat
exceptio partus praeaturity et abortus, quae at-
tendit in confistoriis; vid. Pet. Müller in J.
de iure praeARRANTiam et Cypri. in Iure Eccl.
lib. 2. defin. 224. 2) Terming ad quem est
initium undecimi mensis per Nov. 39. cap. 2.
Contradicunt Medici propter impossibilitates
sigillan; vid. Hypborites in tr. de partu septi-
mestri; sed praxis tamen recepit hanc termi-
num in favorem partus. Ergo nec locus est,

purgatorio, nisi suspiciones pugnent contra vnu
duam; vid. Berger in Decon. Iuris hoc lib. ubi
adipicat hanc doctrinam ad causas imprægnationis,
quando opponit exceptio temporis non con-
uenientis, dicitus non nullus ningenstrostan.

Monstra non censent iure liberorum: Ostenta vero
sunt, quibus aliquid adest vel deest praeter natura-
lē quae censent iure liberorum. Monstra tamen,
quamvis non censent iure hominum, hodie ta-
men impune non possunt occidi; vid. Grotius
in iure Hollandico lib. 1. quod a propterea
erat sibi; vid. Iulus Obsequens in tr. de predicio

J. VI. pro ferais habeant. Mancipia Turcoica
iure retorsionis propter captivitatem bellicam
sunt ferui, atq; in illa exerceat ius dominii
militaria Romarorum; unde descendit facul-
tas sine ius alienandi, oppignerandi talionis
di feruos. Nostrī vero Christiani apud Turcas
capti non habent pro ferais intuila Germa-
niae; Ergo nec op̄ est fictione legis Criminalis
ne*c* iuri postliminiū; sed illorum testamento
ante captivitatem cordata valent pleno iure. Af-
flictis enim non addenda est afflictio; vid. Ber-
ger in Decon. Iur. Lib. 1. Tit. II. S. 8.

add. arg. Nou. 39. c. 2. vid. ALPHONS A CARANZ. d. tr. CARPZ. p. 4. def. for. Const. 27. def. 15 RICHTER. Decis. 89. num. 23. & ult. Porro etiam partus, in quo aliquid praeter naturam supereft vel deest, nihilominus inter liberos est numerandus arg. l. 10. §. 2. de adit. Edict. Monstra vero, quæ contra formam humani generis procreantur, non sunt liberi l. 14. de stat. hom.

IV. Iuxta ius propter diversum statum & conditionem ciuilem summa & absoluta seu generalis ac prima diuisio de Iure personarum hæc est, quod omnes homines aut liberi sunt, qui habent naturalem facultatem eius, puod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur, §. 1. I. de iur. pers. l. 4. pr. de stat. hom. aut serui qui domino alieno sunt subiecti, & iuribus Civilibus non frumentur, l. 4. §. 1. de stat. hom.

V. Liberi homines rursus distinguuntur in Illi vel *ingenuos & libertinos.* Illi sunt, qui a libe- genui vel libertini. ris parentibus liberi nati sunt: hi vero sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt tot. tit.

I. de libertin.

- VI. Quamvis vero hodie inter Christianos eiusmodi homines servi non habeantur, nisi quod a Turcis aliisque barbaricis gentibus capti pro seruis inter Christianos cententur, eo quod istæ etiam nationes Christianos captiuos pro seruis habeant: sunt tamen in quibusdam locis homines proprii, eigene Hodiernus ysus. Leute,

Leute, qui affinitatem cum seruis habent, de quibus commodius cap. seq. agetur.

Subiungatur text. *Instit. Lib. I. Tit. III. de Iure personarum § seqq. usque ad Tit. IX.*

TIT. IV.

DE SECVNDA PERSONARVM DIVISIONE, ET DE POTESTATE DOMINICA.

APHOR. I.

Quædam personæ nam quædam personæ sui iuris sunt, quæ sunt sui iu- dam alieno iuri subiectæ: rursus eorum, quæ ris. Quædam alieno iuri subiectæ sunt, alij sunt in potestate parentum alij in potestate dominorum, iuri subie- ctæ. pr. I. de his qui sui vel al. iur.

L. 1. ff. 1. 6. II. In potestate dominorum apud Roma- de his qui nos erant serui, & consistebat hæc potestas sunt sui vel dominica in eo, quod seruus 1.) domino pre- alieni juris. prius, adeoque hic istum vendere, in vincu- niciæ pot- la coniicere, vel, attamen absque fœnitia, castigare potuerit, l. 1. § 2. de his qui sui vel al. iur. § 1. § 2. I. eod. tot. tit. C. de

emend. seru. 2.) quod domino operas præsta- re debuerit. vid. tot. tit. de oper. seru. et 3.) quodcumque per seruum acquirebatur, id hodie ope- domino acquirebatur. pr. § 3. I. per quas ræ libero. rum homi person, cuique acquir.

num con- III. Hodie operas liberorum hominum ducuntur. certa mercede conducimus, ad quos tamen hæc

I. III. Vacula quodammodo magis turbat quam
explicat auctoris fersum. Prout enim apud
Spartacos dominium ^{deoptionis} viritarium erat funda.
^{mentem, ratione, fetuorum}: ita hodie contra
olas locationis conductionis est fundamen.
tum dijudicandi obligationes feraozan con.
duclitorum sub nomine Iro ^{Gisindus A.}
Grodinga. Obligat scilicet se feras ad ope.
ras vel determinatas, vel indeterminatas

Ergo cessat ius circa bona, circa corpus sive ca
stigatio est restictio, circa existimationem
contra dominum daf actio iniuriarum, si excess
serit contra servum; conf. Lardobi Ordinatio
tit. Gisindisi Ordinatio.

I. IV. Homines propriū sunt servi respectu domini
liberi vero respectu aliorum sive extrarorū
in quo difertur a servis Romanis. Ratione perso
nae vindicant à dno, unde vocant Leibigenē
dia ista dicitur nuptia Romana. Prestan
dno operas indeterminatas, et mortuarij in ca
su mortis sive vel etiam in alijs casibz debentur
In a Horap. n. Grisand. folij, i.e. optimum pe
cas et optima vestis; id est haec preest in mortu
ariis. Maxymis sic liberat per affrancamentū
Lap. Sicut non vero studia, nisi conscientia
Dno; vid. Leyser adf. p. 170. Kerkis est Thomasius
de hominibus propriis, ubi recensentur territoria
Germaniae, in quibus occurserunt hōies propriū

I. V. Nam In rophen Serpi Nor gringa Dnijsen
arbitur mestan, so marita in twy u. dicit
tra isuoden Non don Mayya don Kraoran ga
dult. In vassala fingen sa an den usal
ban Güter zu gibet, so ver si Diens tunc
sollten und das sind die Bauern aufstand
justici olim erant servi per totam Germani
Rester vero liberi sunt facti cum reservatione
pristinae servitutis memoriae; unde veniunt ca
nones census et operae rusticae, zrob. Zins, b
u. frohsnu; Quaten vero sunt liberi, scilicet prae
stant Principi collectas et parochio de ceim a s
operae dividuntur, ut in ordinarias, bonis frohsnu;

hæc iura quodammodo applicari possunt vid.
HERMANN. STAMM. tr. de seru. person. lib. 2.
per tot.

IV. Sunt etiam in nonnullis locis proprii homines, quorum status & conditio secundum cuiusque loci consuetudinem discernenda venit. vid. FRIDER. HVSAN. tr. de propr. homin. IOH. HERMANN. STAMM. dict. tr. de seruit. person. SPEIDEL. in notab. bi. florico-polit. voce Leibeigen, it. voc. VVildfangen, & nouissime Autor defensionis causæ Palatinae: nec non PHILIPP. ANDR. BVRGOLDENSIS notit. rer. illuſtr. imper. Part.

2. Discurs. 26. §. 8.

V. Hisce in terris rustici quidem liberi Rustici no homines sunt; nihilominus tamen dominis, tri præ- quibus subiecti, operas præstare debent, stant ope ras, (Frohndienste) quæ varii sunt generis. Sic aliæ præstantur iumentis, ab iis, qui agros possident, & dicuntur Anspanner, Pferdner, Hüfner, aliæ manibus vel alias corpore (mit Handfrohnen, Getreyde schneiden, Hevv machen, Botschaft lauffen, Wachen, Iagen, etc.) ab illis, qui nullum agrum, vel non multum agri habent, & nominantur Hintersætler, Handfrohner, Kotsaffen. Istiusmodi sive determinatae sunt vel determinatae, quæ nimirum minatas, certis diebus præstantur, vel certo modo, ge- sive inde- uuisse, gesetzte oder gemessene Dienste, vel terminatas, indeterminatae, quæ quoties & quomodo cum que opus est, debentur. Non tamen in in- fini-

finitum sunt extendendæ, sed boni viri arbitratu definiendæ, ac de solitis & consuetis intelligendæ. vid. Constat. Elect. p. 2. Constat. 51. § 52. ibique CARPZ. ut & in Respons. Elect. lib. 1. tot. tit. 6. § 7. § dec. 33.

Legatur d. Lib. I. Instit. Tit. II. de his, qui sui vel alieni iuris sunt.

TIT. V.

DE PATRIA POTESTATE.

APHOR. I,

Patriæ po- In patria potestate sunt liberi nostri,
testati sub- quos ex iustis nuptiis procreauimus.

iecti sunt
liberi.

Fius effe-
bus.

H. Constatit autem patria potestas potissimum in eo, 1.) quod patri filius sit subiectus, & ipsi concedatur in transgressorum moderata castigatio, & ius terminandi controversias domesticas. l. 3. § 4. C. de patr. pot. l. 17. pr. de furt. 2.) quod quicquid acquirunt liberi ex re patris, patri acquiratur; quod vero aliunde libertis obuenit (extra peculium castrense) in eo pater usumfructum habet. §. 1. I. per quas person. cuique acquir.

Iurz patri
& matri
communia.
L. 25. ff. t. 2.
de agnosc.
& alend.

III. Præterea in genere liberi parentibus, tam patti quam matri, obedientiam & reuentiam exhibere debent; parentes vero, tam pater, quam post mortem hujus mater, liberos alere & sustentare debent. vid tot. tit. de

ratione praedii nobilio, dicitur. Dicitur etiam
rat. refectionis, quas praestant dno iurisdicti.
onale vel nobili; 2) in extraordinariis, que
ratione modi dividuntur in factis frumentis unde
frumentum de genere operarum; vid. Schiller de iure
operarum rusticarum. 3) Sunt vel determinatae
vel indeterminatae. Si planus dñs excedat in ex-
actione operaram; Princeps vel Iudex determinat
ex aequo et bono operaram quantitatem; vid. Proff
de distinctione operarum determinatarum et in-
determinatarum. Pugnat ergo contra rusticos
praeiunctio reg ad patrari potest principian-
tum. quasi quelibet res praeiuncta libera. Ergo
dñs non in cambis probatio, sed rusticorum proba-
re tenet exceptionem remissionis, exemptionis,
praescriptiois; vid. Maebrig in tr. Non Justitia
in. Abgördung der Laien.

T 1 T. V.

I. II. Patria potestas aquod Romanos extensa est
usq ad Ius. ~~N~~ilae est necis cum iure alienandi,
oppignorandi ex natura dominii suavitatis.
Non vero negari potest, quod admodum viola-
uerint Romani iura connata liberorum; unde
potest restricta est patria potestas, quod sit
ius dirigendi personam, liberis imperandi et per
eos adquirendi eorum bona administrandi pro-
pertines ius castigandi, includendi filium in erga-
tula et ias decideri controversias domesticas
tulit Praetor sententia dicere debeat, quam velit pater
et 3 et 4 (ad. l. 1.)

III. alere et sustentare. Onus alimentorum de-

voluit suo ordine. 1) Spectat ad patrem, 2) ad a-
vum et ascendentis paternos ex fundamento ge-
nerationis, sive filii et nepos. 3) legitimi sive
illegitimi. Illegitimis tamen praestant altera
alimenta natura. 3) Deficientibus ascen-
tibus paternis ad matrem eisq; ascendentis; in
subsidium 4) ad collaterales, cum haec tamen re-
strictione, si nolint carere successione: Ultimo
loco ad magistratum, qui habet superioria
r jurisdictionem in loco, et quod tribus opificiis
les participant de hoc onere; vid. Colerus et Sur-
dus in tr. de alimentis in folio.

imm animo. S. I. de praesenti et de futuro. Pontifex in na-
men conficitur ab eo teria de sponsalibus introduxit distinctionem
in duas ab eo litteris et condonat inter sponsalia de praesenti et de futuro. Sunt
duas quae, id est sponsalia proprie et in proprio talia. Spns.
alii danno spon salia enim, quae appellant de praesenti sua
spns. manu. Vnde spns. suam matrimonian; sponsalia autem de futuro,
per multa quaestio matrimonio, sunt proprie talia et apud
huius auctoritatem protestantes recepta. Caudam ergo est, qua-
gall ab eo Et agit de resoluendis sponsalibus, ne textis de po-
regulari uniuscuiusque praefera et illis, qui loquuntur de futuro
futibus in contractu ut pole in quibus permittit propter cassas fonte-
bis. Quod pescung dilatio ex dissoluere negotiam, vid. Tryx de dispeca
una parte cum sponsalibus et Bochmer in applicat. practica
munis etiam huius distinctionis et in Iure Eccl. Lib. IV. cap. 1.
fit alteri

de angoscend. vel alend. lib. Hinc & matri, lib. vel par.
quia liberos alere tenetur, vsusfructus bono- vel patron.
rum quæ ad liberos pertinent, secundum ius vel lib.
Saxon. commune conceditur. vid. RICHTER.
Decis. 18. add. CARPOV. tr. de iure fæmin.
Aliud obtinet in Electoratu Saxon. vid De-
cis. Elect. nouis. 62. Inopes vero parentes
liberi alere tenentur.

IV. Patriæ potestatis tres sunt cauſſæ : 1.) *Cauſſæ pa-*
luitæ nuptiæ 2.) Legitimatio 3.) Adoptio. triæ potे-
 Adde tis *Lib. I. Instit. Tit. IX. De Patria* statis sunt
Potestate.

TIT. VI.

DE SPONSALIBVS.

APHOR. I.

Nuptias præcedere solent sponsalia, quæ I. Nuptiæ,
 secundum Ius Romanum sunt mentio & re- quas præ-
 promissio futurarum nuptiarum. l. I. de Spon- cedunt.

sal. Ex iure Canon. autem sponsalia distin- *Sponsalia*
 qui solent in sponsalia de præsenti & de fu- quæ defini-
 turo. c. pen. x. de Sponsal. Hæc vocantur, untur &
 quando sub conditione promissio coniugalis dislin-
 celebratur. Illa vero sunt, vbi iam adeſt L 23 ff. t. I.
 præsens coniugium absque vlla dilatione : de Spon-
 ita ut solum solennis benedictio sacerdotalis libus.
 seu copulatio sequatur in Ecclesiis.

II. Ut sponsalia subsistant, non solum per- *Sponsalia*
 sonarum, quæ sibi inuicem despontantur l. 3. celebra-
 & 4. d. sponsal. c. 23. x. d. sponsal. (vbi de tur inter
 muto) sed etiam parentum consensus requiri- *sponsum* &
 sponsam-
 tur ; attamen parentes non debent liberos *adhibito*
 contra parentum
 consensu.

contra ipsorum voluntatem, ad hanc vel illam personam, matrimonio sibi iungendam, cogere. l. 21. & 22. de ritu nupt. Neque etiam sine iusta causa consensum facile denegare. l. 19. d. 8. de rit. nupt. Add. CARPZ. l. 2. Iurispr. Consist. tit. 3 def. 52. 53. 57. RICHTER. dec. 8. n. 49. n. 40. 81.

Clandestina sponsalia non obligant, sed publica. III. Prohibita vero sunt & nullum effectum habent sponsalia clandestina, sed publica solum obligant. Dicuntur vero publica, quæ consensu parentum inita; vel si parentes non sint in viuis, in præsentia saltem duorum testium celebrata add. tot. tit. Decretal. de clandest. sponsal.

Nisi clandestinis accesserit concubitus. IV. Si tamen clandestinis sponsalibus accesserit concubitus, tunc illa regulariter sunt consummanda, licet parentes vitiatoris disenserint: non quod concubitus clandestina sponsalia reddat licita, sed quod ita succurratur vitiatae, quæ spe matrimonii promissi ad concubitum adducta censemur: ex qua ratione apparet, quod, si vitiatae parentes causas iustas habeant, ob quas vitiatori filiam denegare in matrimonium persistant, eiusmodi clandestina sponsalia etiam hoc casu effectum non habeant, v. g. si inferioris cuiusdam conditionis iuuenis, viri cuiusdam magni nominis filiam, induceret dolo ac persuasionibus ad connubium secum ineundum, & postmodum etiam ad concubitum; parentes inuiti haut tenentur filiam in matrimonium

. III. Fundamentum 2. testian frustra quaerit in
Iure Civ. et Canon. Sufficiat enim nuditus consenserit
partium, et si nulli adfiant Parentes L. 4. f. 1. Capl.
ex de sponsalibus clandestinis. Moribus vero
germaniae fere universalibus receptum est, ut ad,
liberant duo testes, si diligenter parentes ex omni
parte tan sponsi quam sponsae; vid. Tarinatis
naest. 59 n. 55. Si adfiant parentes, non opus est
testibz, et sufficit, unicum ex Parentibz supereesse
ad effectum publicorum sponsal. v. g. si sponsa
nullos habeat amplius Parentes, sponsa vero matre
ad hoc habeat in viis. Si nolent Parentes conser-
tire, Consistoriam supplet consenserit, id brevi
marci; vid. Hilleberg in des. de consensa Pare-
ntum supplicando per Magistratum

SUPPLEMENTVM

DE

OCTOBRIS OCTOBER XE GRATA DVM

Cognati sunt, qui a communi stirpe descendunt,
sive ex iustis nuptiis ea cognatio sit, sive ex
illegitimo coitu, sive ex contubernio ciuili.
Consanguinitas sive cognatio est vinculum per
sonarum, cuius principium constituendi est
generatio: aut enim ego te generavi, aut tu
me generasti; aut nos generatis amas ab uno
vide omnes lineae. Cognatio enim ex gradibus
et lineis indicatur. Linea est series perso-
narum a communi stirpe descendantium,
sive series coniunctionis; atque est vel recta,
quae genitores et genitos, vel collateralis,
quae a latere coniunctos complectitur. In
linea collaterali rotundae sunt personae,
quas intercedit respectus parentelae, qui in-
tercedit personas, quarum una immediate
sub stirpe communi, altera remotior est.

Computatio

um ipsi collocare. vid. eleganter IOH. a SANDE
Decis. Fris. l. 2. tit., def. 4. Add. ICARPZ.
Iurisprud. Consist. l. 2. def. 6. RICHTER. dec.
8. num. 55. 94. 95. DEDEKEN. Cons. Theo-
log. vol. 3. l. 2. sect. 4. Num. 21. 22. 23. 24.
KITZEL Syn. Matrim. c. 4. theor. 5. lit. d.

V. Notandum porro est, quod quædam *sponsalia* personæ propter propinquitatem, vel *ra* *prohiben-* *tione cognationis* vel ratione affinitatis, *spon-* *tur ratione* *salia* inter se celebrate prohibeantur, nimi- *cognitionis* *in linea* *rum cognitionis* 1.) prohibentur *recta*: *sponsalia* & *nuptiæ* in linea *recta* inter ascen-
 dentes & descendentes in infinitum. Ita in linea ascendente filius interdicitur sibi matri-
 monio iungere 1. matrem auiam maternam &
 paternam 2. proauiam &c. Similiter filia,
 patrem, avum &c.

Eadem ratione in linea descendente pater non potest sibi iungere filiam, neptem. Si-
 militer nec mater, filium, nepotem.

VI. 2.) Propter cognitionem in linea col- *In linea*
laterali coniugium prohibetur inter personas, *collaterali,*
quæ se quodam respectu ut parentes & liberi *vbi est re-*
habent. Habet se vero instar parentis, qui *si inter pa-*
stipiti (e. g. auo) a quo vterque e. g. pater rentes & *species qua-*
meus eiusque frater) originem trahit, im- *liberos.*
mediate subest; (e. g. patruus meus.) Eius-
modi personæ sunt avorum vel parentum fra-
tres sororesve, quippe quæ in propinquitate
proximum a parentibus occupant locum.


Hinc propter cognitionem in linea colla-
 terali sursum computando interdicitur ma-

trimonium, ut quis non possit illud celebrare 1.) cum amita, vel materterta 2.) amita magna, vel materterta magna. Similiter foemina non potest nubere 1. patruo, vel avunculo. 2. patruo magno, vel avunculo magno. Similiter deorsum quis non potest ducere in uxorem, quæ est ipsi instar filiæ, nimirum 1. fratris sororisve filiam. 2. fratris sororisve neptem 3. fratris sororisve proneptem. Eodem modo foemina non potest nubere 1. fratris sororisve filio 2. fratris sororisve nepoti 3. fratris sororisve pronepoti.

Præter istas etiam inter alias personas prohibentur nuptiæ in primo & secundo gradu consanguinitatis secundum computationem canonicanam. Nimis 1. inter fratres & sorores, tam germanos, quam consanguineos seu uterinos. §. 2. I. de Nupt. l. 8. l. 14. §. 2. l. 54. de rit. nupt. 2. inter consobrinos sec. ius canon. c. 8. x. de cons. & affin. & hodiernas constitutiones: secus ac iure ciuili l. 19. C. d. nupt. §. 4. I. de nupt. Porro in linea inæquali usque ad tertium gradum, hoc inclusò, nuptiæ prohibentur. Ita quis non potest in uxorem ducere patrui vel avunculi neptem, vel foemina non potest matrimonium inire cum patrui vel avunculi nepote &c. In tertio vero gradu lineæ æqualis matrimonium admittitur: v. g. permisum est inter fratum & sororum nepotes & neptes.

In

Computatio ipsa in linea collateralis est vel
civilis, quam sequimur in successionibz, vel
canonica, qua ultimur in matrimonialibus.
Cuiuslibet quos sunt personae, tot sunt gradus.
Canonice vero unum sullen latg computatur
et quidem remotis in linea inaequale, quod sa-
men premis aliquia difficultate, quoniam saepius
diversae personae hac ratione ⁱⁿ eadem constituu-
tur gradus, quod est malum quod incidit in ab-
surdam. Prohibitio ipsa in linea recta proce-
dit in infinitum. In linea collaterali iure
diuino et civili prohibent sullen fratres, so-
nores et personae quas intercedit respectu pa-
rentelae. Iure canon. vos ad quartum gra-
dum inclusae in linea aequali matrimonii
unum est prohibitum. in inaequali respectus
parentelae etiam ulterius impedit nuptias.
Moribz provincialiarum prohibitio procedit usq
ad tertium gradum lineae collaterales inaequa-
lis, unde Oppenhofer. Kinder in scripto di-
nit; vid. Mengenig de computatione graduum.



Affinitas est necessitudo inter uxores coniugem
et alterius coniugis familiam. Constituitur
per concubitum, quoties fil. consanguines
meos vel affini concubit cum persona extra-
rea. Tunc enim sit cognatio quasi insititia.
Tria sunt genera sine modificationes affi-
nitatis. In linea vero recta et collaterali ra-
tione fratrum et sororum, ut et quoad perso-
nas quas intercedit respectu parentum obser-
vatur secundum genus affinitatis inclusio-
ne reliquis gradibus vel inter consobrinos tan-
XI. Venditionem denique quod attinet bo-
norum, mobilia quidem supervacua, vel quæ
servan-

I.X. indefensum. In litibus sine processibus
obligatio tutoris est ut defendat pupillum,
sine ipso; tunc oblinet ista ^{formula} praxe: In termino
expirant Caig in Verminud propterea. Duxer
prior Pflugborofforum de Sempronianis pro
hinc; sive si ipse defendere nequeat vel
nolit, per alcum, quem appellamus actorem
Omnis enim qui nomine aliorum agit, sive
qui non est datus litis magis constituit
actorem quam procuratorem. Hinc verit
actoriū, die Vollmact, resiliē non den. Ver
münd vñbyschelst sine, verdūrū sij der
actor in Gruyter legitimiret: Cui adian.
gendum est tutorium tutoris in copia: ali
as obstat exceptio, eoz actor, iis annos
nisi p̄t p̄fam legitimaret sebo. Cauedum
vero ē, ne formula in actorio adhibeat: Ibi in
debet orantur yoba sive mis, membra libra
i. fabrosim; Ita n̄ uero sebo die fabras

Ita tutoris Daniel qui fuit? London, fuit
fidei conservator publicus fiscus (misi ad) in Reg.
max minor flagitiorum, Dux de
Lyon et Roburfron, Iln Caio fuisse Moyst
et. Gengall. De cetero obtinet in max fisc.
mala: In termino capituli Doctor Jo. Womme.
Ita Cale im Nasmar pinger flagitiorum du
Sempronianus.

I. XI. n. 1 Causa alienandi ergens non so.
lam est aet alienam sed et causa alienen.
torum et Auditorum. Causa utilis non fug.
ficit, pro ut Constantius imperator recte
disposuit in L. 12. Cod. de praedius et aliis
rebus minorum alienandis, quoniam
parata pecunia non stabilis est respe.
ctu immobilium et causae cognitio in.
serenda est protocollo, sed misericordie pro.
fici olim per hanc resolutionem judicis
truncavit istud, atque hoc sequitur
decretum approbatum in forma solen.
ni. Superaddunt DD. substationem;
deficit vero lex expressa, praxista non
approbavit hoc requisitum; vid. Capit.
P. II. dec. 195. Quod si forte urum vel alterum
requisitum deficiat, dat actio nullitatis
et insuper adhuc remedium restitutio.
nis in integrum.

servando servari non possunt, vendere debet, ^{bilia super-}
 & redactam inde pecuniam in emtionem præ- ^{vacua tu-}
 ditorum & reddituum collocare, l. 22. in f. C. d. torve : at
 admin. tut. l. 7. §. 1. & 3. ff. eod. immobi- immobilia
 lia vero prædia, s. rustica sive urbana, distra- ^{non nisi}
 here non potest, nisi æs alienum tantum sit, ut
 ex rebus cæteris non possit exsolvi : quo casu
 nec propria autoritate id exequi valet, sed,
 præter eius autoritatem, hæc sunt necessaria
 ad alienationem rerum pupillorum vel minor-
 rum 1.) ut probetur, subesse urgentem alie- ^{1) urgente}
nandi necessitatem, veluti si bona vel inutilia ^{aere alieno,}
 sunt, aut æs alienum solvendum est. l. 5. §. 9.
 d. reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt. fin. decr.
 non al. l. 12. C. de præd. & al. reb. min. fin.
 decr. non. al. 2.) ut iudex cognoscat de illa ^{2) cognita}
 causa & necessitate alienationis & de re ipsa ^{cousa,}
 alienanda. dict. text. it. l. 1. l. 7. §. 3. ff. &
 l. 6. C. d. t. 3.) ut decretum iudicis, sub quo
 res sita est, vel domicilium pupilius habet. l. 5.
 §. 12. ff. eod. solenniter sit interpositum l. 6.
 l. ult. C. d. t. Vid. OCTAV. SIMONCELLA tr.
 de decreto & cæter. solennitat. in contract.
 min. Quod si hæc observata non fuerint, alie- Alias alien-
 natio est ipso iure nulla l. 2. C. d. t. adeoque ^{natio est}
 competit minori rei vindicatio, qui tamen, ^{nulla.}
 nisi possessor sit in mala fide, pretium resti-
tuere debet. l. 14. C. d. t.

XII. Aliquando tamen alienatio illegitime Aliquando
 facta, ex post facto in maiori ætate confirmata, alienatio,
 tur 1.) expressa ratihabitione. l. 2. C. si maj. ita invali-
 fact. da, in ma-
 D 5 iori ætate,

*expresse
aut tacite,
confirmata-*

fact. alien. rat. hab. 2.) tacita , si nim. ma-
ior factus quinquennio siluerit, & rem ita
venditam sciens non viadicaverit. l. ult. C. si
maj. fact. alien. Tc. vid. CARPOV, l. 5. Resp.
67. Ad donationes vero ista præscriptio quin-
quenni non pertinet d. l. ult.

*Casus, qui-
bus decre-
to non est
opus.*

XIII. Sunt etiam casus, quibus non opus.
decreto 1.) ob qualitatem rerum. vid l. ult.
C. qu. de ret. non op. l. 22. §. ult. C. de ad-
min. tut. 2.) si pater oppignoraverit. l. 1.
§. 2 ff de reb eor. qui sub tut. vel. cur. sunt.
add l. 7. §. 1. eod vel alienationem testamen-
to permiserit. l. 1. §. 2. l. ult eod. l. 1. & 3. C.
qu. decr. non op. 3.) si communis res sit, &
socius ad divisionem provocet l. 1. §. 2. ff d. t.
l. pen. C. eod. 4.) in cautione iudicatum sol-
vi l. ult §. 3. C. de adm. tut. denique 5.)
loco decreti est speciale rescriptum Principis.
l. 2. C. qu. decr. non est op.

*Observan-
da circa fo-
lutionem,
& pecuni-
am fœnori-
dandam :
tutoralias
ipse cura-
torve usu-
ras solvet :
aliquando
& usuras
usurarum.*

XIV. Denique in expendendo curabit tu-
tor curatorve, ut in tempore solvat, ne pu-
pillus in poenam aut damnum incidat, l. 23. C.
de admin. tut. & pecuniam, quam accepit,
non temere otiosam relinquat, sed in emtio-
nem prædiorum, vel aliud lucrum conveni-
ens, collocet tantundem, quantum, deducto
eo, quod morbo vel necessitat^e inopinatae,
pro modo facultatum, satis esse videtur, reli-
quum fuerit. l. 24. C. eod. quod ni fecerit, inter-
iecto duorum aut trium mensium tempore,
aut si alias pecuniam pupilli minorisve in su-
es

I.XIV. Sed in entionem praeditorum. Iure No.
vellarum per Nov. 72 tutori imponitur re-
cessitas in entionem praeditorum impender.
di pecuniam pupilli et prohibet foecuratio
sive collocatio in usuras. Iure Codic. vero
permittitur tutori, ut pecuniam pupilli pa-
pili collocare in usuras, id est capitalis cuius Zin-
tu aubzylsiffr, quoniam difficultis est entio
et administratio praeditorum. Ergo in hac
materia hodie in praxi extraordinarie p.
quimur magis ius Cod. quam Nouell. licet
alias Nouellae de regel iuri Codicis; vid
Berger in Decret. Iuris p. 193. Tenetur etia
tutor ad usuras usurarum, neq; anatocismq
habet habet locum, sed quod superest ex usuis
in persona tutoris habet naturam fortis, et
non debet in nonob capitali vngrossagon.
Vixit dux Noriminius dux Gild filius Papiller
gav in untrrobringon domn, se fuit et umbra
pen, usum tu ob dom Magistras denunciat
u. et bry demselben deponerat. Entrolast et

soliste, so müßt er selbst die Zinsen von sei-
nem ^{Vormögern} Leigentum geben; obgleich das Geld v.
nahe ^{Vormögen} Lasse solle. Kann er das
Geld zuvor unterbringungen verbothen, so
könig, zumindest wenn es ^{zur} großen Kame ist,
so müßt er ob dem Magistrat schriftlich an-
zeigen, n. folbigen um Rat und Vors, ob er
das Geld dem Mann, so er im Vorstellung hat, auf
Zinsen ^{zur} Leigentum geben soll. Besonders wenn der Ma-
gistrat, so ist er aus vor ^{Vormögen}, wenn er aufdringt
das Capital ^{zu} leisten will.

I. XV. Culpa latam et leuem. DD in tuteore
requirant praestationem culpa leuis in ab-
tracto solle pro augenda diligentia fato.
ris non vero pro minuenda, quod alii recti-
gellan culpam leuem in concreto. Hoc
des vero tutonis praestare saltum dolum et
culpam latam propter imputationem fa-
cti alieni, quoniam heredes in ignoran-
cia facti alieni versant, et propter difi-
cultatem rationem reddendarum, L. 1. 150.
de heredibus tutorum et Thomasius in dis-
de culpa ab heredibz tutoris praestanda
renouatio funderetur. Wenn der ^{Re} S. will nicht
mehr 18 Jahr alt ist, so müßt der Vormünd
zur ³ mal L. 150 der Erfab. Cunia um Indult
vergeltet, welches er ob ^{aus} ganz leicht erhalten
hat, und er müßt ob dem Magistrat anzeigen.

os usus converterit, ipse legitimas usuras præstabit l. 7 §. 10 11 l. 13 §. 1. & l. 15 ff. d. ad min. tut. l. 2. C. de usur. pupil. Nec refert, utrum illud residuum ex ipsa sorte, an usuris & reditibus annuis superfit, quo casu etiam usuræ usurarum exigi possunt. d. l. 7 §. 12. respe-
ctu enim tutoris & curatoris non sunt amplius usuræ, quas a debitoribus pupilli accepit.
CARPZ. p. 2. C. 11. d. 22.

XV. In genere vero tutor, vel *curator*, *Ingenere
præstandus*
præstare debet in administrandis rebus do-
lum, *latam & levem culpm*, h.e. eandem dili-
est dolus
gentiam, sive non minorem, istis rebus, *quam culpa*,
suis, debet impendere. l. 1. pr. ff. de tut. &
rat. distrab. l. 10. l. 13. §. 1. l. 33. pr. de ad-
min. tut. l. 2. l. 7. C. arbitr. tut. maiorem
vero *ad hoc*, si ipse in suis sit negligens. arg.
§ 2. l. quib. mod. re contrab. oblig. Hinc etiam
in specie tutor & *curator*, cuius pupillus mi-
norve bona feudalia possidet, sollicitus esse
debet, ut, casibus convenientibus & debito
tempore, *renovatio feudi petatur*. Vid.
SCHROEER. tr. von Vormundschafften.

Add. §. fin. l. 1. tit. 20. I. d. Att. tut. &
l. 1. 1. 24. l. d. sat. d. tut. vel cur.

TIT. XXII.

DE

AVTORITATE TVTORVM ET
CONSENSV CVRATORVM.

APHOR. I.

Autoritas tutoris est *approbatio negotii* Autoritas
liciti inter vivos, quod a pupillo, infantia ma- tutoris
iori describitur.

L. 26. f. 18. iori vel pubertati proximo, geritur, expresse
de auct. &
cons. tut.,
& curat.

*Hæc in ple-
risque ne-
gotiis ne-
cessaria.*

II. Est hæc autoritas necessaria in omnibus
negotiis, quibus pupilli promittunt & dece-
riorem suam conditionem facere possunt; ut
in obligationibus mutuis, v. g. emti, venditi,
loc. conducti, mandati, depositi: quibus pu-
pilli sine tutoris autoritate obligari non pos-
sunt; nisi in quantum locupletiores facti; ipsi
vero, qui cum illis contrahunt, obligantur, si
contra dictum velit esse ratum pupillus; cum
meliorem suam conditionem, etiam sine tu-
toris autoritate, facere possit, non deterio-
rem. Vid pr. I. de auctor tutor. §. ult. I.
quib. alien. licet vel non. l. 28. pr. ff. de pact.
l. 14 §. 8. de solut.

*Ita & con-
sensus cu-
ratorum in
negotiis
minorum,* III. Quemadmodum autoritas tutoris in
negotiis pupilli est necessaria: ita consensus
curatorum ratione minorum requiritur. In
negotiis, quæ super rebus a minore, curato-
rem constitutum habente, ^{inter viros} invenit. l. 3. C. d.
in integr. restit. Hodie vero non facile cum
minore quis contrahet, nisi curator ipsi con-
stituatur. vid. Pol. Ordin. de anno 1577. tit.
32. 2.) in judicio l. 2. C. qui legit. person.
stand in iud. bab.

*Ista autori-
tate vel,
consensu
interposi-
to, & tu-* IV. Hæc autoritas & consensus hunc quo-
que effectum habent, ut non tantum ex suo fa-
cto, tutoris consensu interveniente; sed etiam
ex facto tutorum vel curatorum, circa res pu-
pilla.

Te
G
us
e-
at
i,
a-
s-
si
si
m
1-
o-
I.
t.
in
as
in
o-
d.
m
n-
t.
t.
o-
l-
n
r-
l-

I.V. Regulariter sive communi res non fac-
cedit in locum pretii L. 6. Cod. de rei via-
dicit. Est ergo exceptio à regula, quod pe-
cunia pupillaris impensa intentionem
prædictoram, si cel nomine tutoris, produ-
cat ipsum dominium respectu pupilli, quod
dicit dominium legale, si modo pupillus
probare posset hoc suorum, quod pecunia
sua hanc in finem sit impensa. Hoc ē
singulare præiudicium, quod usum prae-
stat, quando tutor bonis est lapsus; tunc
enim à reliquis creditoribꝫ etiam summe
privilegium, v. q. fisco, uxore tutoris.
paratus, imo illes anteponit pupillis et
contra omnes possessores rei pro pecunia
pupilli emtae dat pupillo rei vindicatio.
Altera vero circumstantia, quod toris ta-
tor suo nomine rememoret, nihil nocet
pupillo. Si extra reg pecunia pupilli rem
emerit, pupillo competit tacita hypotheca
in re emta.

pillares s. minoris suscep^to, pupilli minores. ^{tor cura-}
ve agere & conveniri possint. tot. tit. ff. &^{torve, &}
Cod. qu. ex fact^o tut. vel. cur. minor. ag. vel ^{pupillus} ^{minorve, a-}
conven. poss.^{gere aut}

V. Cæterum quamvis iure communi res ^{conveniri}
emta, licet aliena pecunia, eius fiat, qui ^{pot est.}
eam suo nomine emit. arg. l. 5. §. 17. de trib. ^{L. 26. ff. t. 9.}
a^ct. l. 3. C. pro soc. l. 4. C. comm. utr. iud. fact. tut. vel
nec ei, cuius pecunia est, quicquam acquira- ^{cur. min. ag.}
tur; l. 1. l. pen. C. si quis alteri vel sibi l. 6. Res, pecu-
C. de. R. V. aliud tamen in tutor^e obtinet, ^{nia pupilli} ^{minorisve}
qui, si ex pecunia pupilli rem aliquam eme- ^{comparata,}
rit, licet suo nomine emerit, in utilitatem & ^{est pupilli}
commodum pupilli emisse, eique dominium ^{aut mino-}
acquisivisse præsumitur, & rei vindicatio ^{ris.}
pupillo competit: l. 2. ff. qu. ex fact. tut.
vel cur. l. 3. C. arbitr. tutel. HARTMAN. PI-
STOR. p. 1 q. 7. num. 3. hinc etiam nomen sive
debitum, pecuniam minoris contractum, ad
ipsum pertinet, licet tutor semetipsum in chi-
rographo creditorem nominari curaverit, add.
MASC. de probat. Conclus. 1393. n. 9. & 13.
GUTIEREZ. tr. de tut. & cur. p. 2. c. 10. n. 9.
CARPOV. p. 2. c. 11. def. 38.

VI. Si tutor curatorve ratione officii con- ^{Tutor cu-}
traxerit, & se suaque bona obligaverit, pro- ^{ratorve, ra-}
prio nomine non tenetur, nec in propriis suis ^{tione officii}
bonis obligatur, cum constitutio pignoris & ^{contrahens,}
bonorum obligatio interpretationem accipe- ^{proprio no-}
re debeat ex principali obligatione. l. 178. de ^{mine non}
R. I. nisi expresse pro pupillo minoreve in- ^{obligatur.}
terve.

tervenerit; atque ita decisum referunt ANTON. FABER l. 5. ad C. tit. 23. def. 5. BERLICH. Decis. 25.


Finita tutela cura rationibus nomine pupilli minorisque tutor curatorve conveniri non potest, adeo ut si ipse condemnatus tutorio nomine, antequam satisfaceret, officium deposuerit, non contra ipsum, sed contra pupillum, utilis iudicati actio sit instituenda. I. pen. qu. ex fact. tut. vel cur. l. 1. C. cod. l. 26. C. de admin. tut. l. f. C. de peric. tut l. 4. §. 1 ff. de re jut. vid CARPZOV. l. 5. Resp. 77. BERLICH. Decis. 13. 14. 15.

Aliquando minor veniam etatis a Principe impetrat. l. 1. C. de bis. qui ven. etat. impetr. quæ conceditur masculis 20 foeminis 18 annis majoribus: modo illam etatem recte probent, ac testibus idoneis morum suorum instituta, frugalitatem probitatemque animi & testimonium vitae honestioris edoceant. L. 2. pr. § 1. C. d. t. Hac venia etatis impetrata, omnia ejusmodi minor sine curatore administrare, sed non alienare praedia seu bona immobilia potest, d. l. 2. §. 1. inf. quæ in alienatione similis est conditio minorum omnium, quod scil. decreto opus sit, sive petitia fuerit, sive non, etatis venia. d. l. 2. §. 1. § l. 3. C. d. t.

Add. L. 1. T. 23. I. d. autorit. tutor.

TIT.

I. VIII. Verba aetatis est actus dispensations
qua per fictionem iuris pro maioribus dicta.
runt, qui per naturam tales non sunt. Est
dispensatio; ergo procedit ex auctoritate
Principis territorialis per rescriptum si.
ue diploma solenne: itaq; comitiis Palatinis
eadem tribuit potestas, quae tamen admo.
dum hodie est restricta. Praecedit suppeli.
atio, cui adducuntur testimonia fruga.
litatis; sufficiunt tamen testimonia co.
gnitorum domestica, neq; Princeps praece^se
adstrictus est ad terminum 20 annorum,
sed agit pro libero arbitrio, quod seq; est
in Comitiis Palatinis.



TIT. XXIII.

DE

CURATORIBUS IN SPECIE.

APHOR. I.

Iunximus haecenius saepius tutoribus curatores, cum in plurimis convenient. *Curæ de-*
scriptio. autem cura vis atque potestas, minoribus ob
 imbecillius iudicium, vel animi corporisve
 vitio laborantibus, in bonis administrandis
 adsistendi *pr. I. de curat. l. 1. pr. ff. de curat.*
furios.

II. Supplet itaque curator personæ defœtum vel naturalem, in minoribus *d. pr. I.* datur *per-*
de curat. vel accidentalem, cumque aut physico modo, ut in furiosis & mutis, aut moraliter, ut in prodigiis, evenientem. *§. 3. Et 4. digorum,*
Inst. de cur. *Et tot. tit. ff. de curat. furios.* *Et propter res.*
Et al. extra min. dand. *Et C. de curat. fu-* *L. 17. ff. 1.*
rios. vel prodig. Et quidem datur *personæ* *10. de cura*
propter res seu negotia administranda. d. pr. *fur. & al.*
I. de curat. l. 7. ff. de curat. furios. *dand.*

III. Non autem nisi volentibus & petenti- *Minoribus*
bus minoribus dantur sec. jus civile Roman. *petentiibus*
curatores *§. 2. de curat. l. 13. in fin. ff. de* *datur :*
tut. *Et cur. dat.* *Excipiuntur tamen qui- & invitatis.*
dam casus, quibus invitatis datur curator, nim.
 1.) ad litem *d. §. 2. I. l. 1. C. qui pet. tut. vel*
curat. 2.) si minori debitor velit vel co-
 gatur solvere. *l. 7. §. 2. ff. de minor.* 3.) ad
 recipiendas rationes tutoris *l. 7. C. qui pet.*
tut. vel cur. 4.) si profundere *res suas inci-*
piant. *l. 12. §. fin. ff. de tutor.* *Et curat. dat.*
vel

vel alias res ipsorum hoc necessario exigant.
l. 6. C. in f. qui pet. tut. Cæterum hodie
vix solet minor absque curatore relinquiri,
præsertim si contractus sit celebraturus. d.
Ordin. polit. de anno 1577. tit. 32. §. 50
wollen wir.

*Furiōsis et-
iam invitis
datur: ut &
prodigiis
quoad alie-
nationem.*

IV. Furiosis & prodigiis, etiam invitis con-
stituuntur curatores d. tit. ff. de curat furios.
Et quidem prodigi opus habent curatore
quoad erogationem & alienationem, cum nec
tempus nec finem expensarum habeant. l. t.
pr. ff. d. t præcedit vero caußæ cognitio, qui-
nam pro prodigiis sint habendi arg. l. 6. ff.
d. t. Corporis porro vitio seu morbo labo-
rantes, non nisi volentes ac petentes accipi-
unt curatores, nisi plane rebus suis superesse
non possint. arg. §. 2. I. d. curat. add. Syn-
tagm. nostr. Iur. Feud. cap. 5. apb. 4. n. 5.

*Saluti quo-
que & cor-
pori furiosi
prospicien-
dum.*

V. Notandum etiam, quod consilio & o-
pera curatoris non solum patrimonio pro-
spiciendum sit, sed & corpori & saluti furiosi
aliove morbo laborantis. l. 7. pr. l. f ff. d.
curat. fur. add. l. 12. §. 3. de. admin. tut. l.
14. de offic. præsid.

*Defertur
cura a ma-
gistratu,
etiam lege,
furiōsis no-
natur
curator
confirma-
tur.*

VI. Defertur regulariter cura solum a Ma-
gistratu: furiosi vero & prodigi etiam sunt in
curatione legitima s. agnatorum. l. 3. ff. de
curat. dat. Nominatus quoque curator in
minatus te- testamento, a Magistratu confirmatur. tot.
tit. ff. de confirm. tut. vel curat.

Add. L. 1. Tit. 23. Inst. de curatoribus.

TIT.

I. IV. Prodigi sunt vel moraliter tales, qui plus
expendunt quam acquirunt, quales nullus
inuenies, tamen absq; effectu civili, ^{vel} sari.
dice tales, qui de creto publice ad fixo per
Magistratum tales sunt declarati, quibus
eo ipso alienandi et contrahendi potestas
sine curatore admittit et curator in specie
nominat in decreto L. 6ff. de curat. fu.
riorum. Non ergo opus est auctoritate fini.
cipio sed sufficit Magistratum impedire,
quo minus furiosum habeant exitum eius,
modi homines; vid. L. 6ff. de curat. furios.
et Hulderich ab Eyber Lib. 2. Obj. ad Inst.
Tit. 12. I. 2. Quoniam vero haec declaratio
fugillat famam; prodigus enim laborat
enim notae macula, seu, ut alii putant, in
famia facti: hinc fieri solet, quod lar.
de admodum procedat ad hanc declara.
tionem, scil. quando in fundo est parsimo.
nia.

I. II. Distinguic inter pubertatem plenam et minores plenan. Plena in masculis est post 18 annos completos, in feminis post 14 annos completos; minor plena in masculis post 14, in feminis post 12 annos. Hac distinctio usum praestat, quando agit de praestatione alimenterorum, quae pupillo competunt usq ad pubertatem plenam; et in quaestione a pupilos ante pubertatem plenam cogi queat ad iuramentum testium, ubi respondeat, quod non vid. Ludovici in Tr. de usu distinct. Jurid.

I. III. anno 25. Iure Civ. vite longae*ci* lomini censet 100 annoram f. 56 ff. de usu fr. unde facile et per se patet, quartam partem scilicet 25 annos pertinere ad annos iuxtabatis: Iure Rom. ex iug. iug. est 7 annorum, iuuenis 14, quod est tempus pubertatis, et plera adolescentia sine termino maioritatis 25 annorum. Iure Germanorum positum est terminus vitae in experient. et s. Script. fundatus scilicet 80 annorum, unde proverbium German. 10 Jafra n. hinc 20 Jafra n. fungit. & quibus super et cedit terminus praescriptionis annualis nempe annis et dies, unde patet ratio cur in Saxon. a. 21 sint maiorennes. In multis vero locis possimmo quasi recepta est I. Rom. ita ut ad terminum usq iusta 25 ann. protocedat tempus & noctibus fuisse; videlicet in I. Gera. Hilevogel in Chronolog. Jurid.

TIT. XXIV.

QVIBVS MODIS TVTELA
VEL CVRA FINIATUR.

APHOR. I.

Cessat administratio tutoris vel curatoris vel quod finita sit tutela curave; vel quod ex iusta caussa se excusent; vel quod suspecti reddantur.

II. Finitur tutela 1.) cum pupilli pupillæ- *Finitur tu-*
ve puberes esse cœperint, nimirum masculi *tela 1. pu-*
anno 14. fœminæ duodecimo completo *pr. I. bertate,*
quib. mod. tutel. finit. Hodie fere post pu-
bertatem eadem personæ etiam manere solent
curatores usque ad adultam ætatem. GAIL.
2. *Obs. 96.* 2.) morte, cum naturali tutoris
& pupilli, tum civili. §. 4. I. d. t. 3.) con- 2. morte,
ditionis eventu & temporis lapsu §. 2. & 5. 3. eventu
cod. tit. conditionis
aut tem-

III. Cura finitur, & quidem minorum 1.) *poris lapsu.*
si is maiorenns factus, secundum ius Roman: *Quomodo*
anno 25. secundum ius Saxon. anno 21. com- *cura finia-*
pleto. 2.) quodammodo si veniam ætatis a *tur mino-*
Principe impetraverint, qua de re Tit. 22. *rum;*
aph. ult.: furiosorum vero, si sanitatem rece-
perint. 1. *pr. ff. de cur. furios:* prodigo. *furiros-*
rum, si sanos mores receperint, de quo cogno- *rum,*
scere & decernere debet Magistratus: *vitio &* *prodigo-*
morbo corporis laborantium, si convaluerint. *alio vitio*
arg. d.l. 1. pr. de curat. furios. *labor an-*
tium.

Add. L. 1. Tit. 21. I. quib. mod. tutel. finit.

E

TIT.

¶. commanicer tricennium
constituunt; si interea pro-
digus frugaliter vixerit; pre-
via sententia declaratoria
sollit potestas curatoris; sed
hoc referendam ē inter rari-
simos casus: Namq; naturam
furca expellas, tamen usq; recur-
rit; vid. Berg. in Oct. Fur.
pag. 180.

DE
EXCVSATIONIBVS TVTORVM

ET CVRATORVM.

APHOR. I.

Excusatur *Excusatio* est allegatio immunitatis a quis a tute- tutela vel cura. *Excusatur* vero quis a tutela la suscipi- & cura suscipienda vel ita, ut ne volens qui- enda vel dem admittatur, nim. 1.) ob inhabitabilitatem: ita, ut ne- ut propter vitium & morbum graviorem l. volens qui- dem admit- un. C. qui morb l. 3. C. qui dari tut. inimi- tatur; citiam inter patrem pupilli & tutorem. l. 5. L. 27. ff. t. I. §. 17. ff. de excus. ætatem minorenem vel ni- de excusat. mis provectam. l. ult. C. de legit. tutel. l. un. C. qui ætate. paupertatem §. 6. I. de excus. tutor. negotiorum gerendorum imperitiam. §. 8. d. t. prodigalitatem. arg. l. ult. C. de legit tutel. 2.) ob militiam l. 8. ff. de excusat. l. 4. C. qui dar. tut. §. 14. I. d. t. Et ex his duabus altera, si post susceptam tutelam vel curam superveniat, eam cessare facit. l. II. ff. de excusat. 3.) ob controversiam cum pu- pillo, adeo ut creditum dissimulans & nihilo minus tutelam suscipiens, eius amissionem pu- niatur. Nov. 72. c. 1. § 4. Decis. Elect. 34. § 34. add. BERLICH. Decis. 157. § seqq. Si vero talis controversia post susceptam tute- lam supervenerit, ^{cetero hoc} alius adiungitur. d. Nov. 72. c. 2.

vel ita, ut invitus non teneatur suscipere, II. Vel ita excusatur tutor, ut volens qui- dem admittatur, sed invitus cogi nequeat: 1.) ob privilegium tributum certo numero li- bero-

1.11. Causae excusatoriae distinguendae sunt
a prohibitoriorum, de quibus agit I. I. v. q. Si quis
dolose finalarent nexus debiti et crediti cum
pupillo. Propriae vero causae excusatoriae
fundatae sunt 1) in statu familiæ, si quis
habet & liberos, modo adhuc sint viuentes,

non ergo qui adhac in otro haerent, nec
antea mortui, bene tamen illi, qui perie-
rant in bello, & seipso auf dem bata gro-
ßen gryfsoeden; vid. I. 3. Instil. h. 4.
2) Excusat statu Magistratus et iustitiae
quo pertinent Consiliarii Principis, Prae-
fecti, Ambulanti, Proactores, Deoudt, Pugio,
3) Status administrationis fiscalis, alla
Prinzipal, Aspirer, finnemor u. Zimm.
pro 4) Status docendi, quo referunt dd
in Academius, Clerici et Scholarum mi-
nistri: quibus deniq supercedeit status
trium tutelarum iam susceptrarum: in-
terdum una tutela sufficit, praesertim
si satia ampla et difficilis est. Quod
si Magistratus ad nitere nolit causam ex-
cusationis, locus eadem appellacione. In-
terea tamen seponis tutor ad Superiorum
procurans tutelam agit, ut tutelam suffici-
piat cum protestatione: Alias enim si
etiam Princeps causas reiuciat excusa-
torias, omne dannum intra illud ten-
pus, quo causas suam agit, factum tu-
tor praestare teret.

berorum, nim. trium. pr. I. de excusat. zu-
tor.. vel. curat. quod tamen hodie vix obser-
vatur; singulari professioni §. 15. I. eod. di-
gnitati §. 3. I. eod. administrationi fiscalis
§. 1. I. eod. absenti Reip. causa §. 2. I. eod.
Hac de re ita cautum est in der Fürstlichen
Sächs. Gothaischen Vormundschafts-
Ordn. tit. 5. §. 1. Unserer, auch unse-
rer Grafen und Herren Cantzler, Reihe
und andere Beamte, so mit Regierungs-
Consistorial - Cantzeley - Kammer - Ren-
terey - und Gerichtl. Verwaltung bela-
den, mögen, wegen obhabender solcher
Bürde, zu keiner Vormundschaft, wi-
der Willen, genötigt werden. Wie-
wohl solche, da sie denen Unmündigen
nahe verwandt, und kein denenselben
vorträgliches Mittel zu dieser Bestellung
sonsten sich ereignet, sich, unserer gnädigen
Zuversicht nach, dissfalls doch,
nach möglichen Dingen bequemen wer-
den. Et §. 2. Die im Predigt-Amt be-
griffenen mag man zu keiner Vormundschaft
oder Pflegschafft über Unmündige, oder
daran sonsten eine sonderliche Verwal-
tung hafftet, næthigen. 2.) quod iam oc-
cupati tribus diversi patrimonii tutelis curis-
ve §. 5. I. d. excus. tut. vel cur. sive etiam
una magni seu diffusi patrimonii. l. 3 I. §. fin.
ff. eod.

Detrectare III. Quod si vero quis, sine justa causa, de-
sine justa trectat tutelam vel curam, nihilominus ab eo
causa tute- tempore, quo a Magistratu confirmatus est,
lam cu- periculum administrationis sustinet. l. 19. C.
ramve non de admin. tut. l. 15. C. de excus. tut. \S cur.
est licitum. & cognati, si detrectant tutelam, jus succe-
dendi affmittunt. Præterea etiam, cum tute-
la munus publicum sit, h. e. publica autorita-
tate deferatur, potest quis per multam, alia-
ve ejusmodi media, ad suscipiendum cogi.
Add. L. 1. T. 25. I. de excus. tutor vel curat.

TIT. XXVI.

DE

SUSPECTIS TUTORIBUS
ET CURATORIBUS.

APHOR. I.

Suspectus Suspectus tutor vel curator est, & propte-
tutor vel rea removendus, qui non ex fide, aut nimis
curator de- negligenter, tutelam curamve gerit.. vid.
scribitur. §. 10. \S ult. I. de susp. tut. vel etiam gestio-
Lib. 26. t. nem omittit §. 5. I. b. t. l. 2. 3. C. eod.
10. de su-

spec. tut. II. Ob suspecti crimen cuiuslibet generis
suspecti tutores vel curatores accusari possunt. §. 2. I.
accusatio. de susp. tutor. l. 4. C. eod. & quidem duran-
te, non vero finita, tutela curave. l. 1. l. 7. C.
d. t. Patet hæc accusatio omnibus, §. 3. I.
b. t. cumprimis vero incumbit propinquis,
contutoribus, imo & ipse Magistratus debet
inquirere: l. 3. §. 4. \S 12. ff. de susp. tut.

Non

I. II. ius succedendi amittunt. Auctor locutus
est ab eo lege. Hec propter ipse factum videtur ad ea.
Nam si testacea participiendae causa legalum sit
relictum. Tunc enim in casum recusationis
testacea amittere legalum f. 28. l. 1. f. 33 f. h. 1.
Inde vero non sequit. Ergo cognati amittunt
ius succedendi ab intestato si recusaverint
testam. In penalibus enim hoc vales interpretatio
extensio, quoniam versamus in na
tura iuris singularis. Volentes ergo admittas
tac cognati ad testam et o nisi in casu ne
cessitatis, utrum dñe oratores de sind cognat.

I. III. Quando homini reg ciuititer reg crimi-
naliter agebant, vtebant voce postulare
Postulatio latonis pro obiecto habet dolum
et latam culpam, sive supinam negligen-
tiam. Propter demandationem, quae ex culpa le-
ui procedunt, non agi potest, nisi post fi-
nitam latelam, quod in hororem et proprie-
tatem latonis est introductum.
Quod si vero allegari possit dolus et sapina
negligentia, quamvis nondum plene sit
probata; tutor tamen patim suspenden-
dus est ab administratione, quod singu-
lare est privilegium in causis pupillari-
bus in favorem pupillorum. Ergo non tan-
tem potest ad alias administratores,
cum contulit, casser, fixos et pro-
pter differentiam salariorum, prout olim ge-
cerant se resses apud Wildrogel, cons.
195. Rectius negatur extensionem Wis.
terbergensem apud Bergetum in decora.
Iuris h. 4.

Non tamen permittitur impuberibus, suspectos facere tutores; adolescentibus vero seu minoribus conceditur curatores accusare, dummodo ex consilio cognatorum id faciant.

I. 7. pr. de susp. tut.

III. Pendente cognitione postulatus seu accusatus ut suspectus, abstinere debet administratione, curatore interim dato *I. 7. C. de susp. tut.*

IV. Perfidia vel negligentia magna probata, sequitur sententia seu decretum Magistratus, quo removetur tutor curatorve, & abstinere alius substituitur. Removetur vero vel simili- & absque poena removetur, si non ex perfida seu dolo, sed solum ex magna negligencia non recte quis gesserit tutelam curam ve- l. 3. §. f. l. 4. ff. de susp. tut. Poena vero in famae infligitur, si quis ob dolum removeatur, §. 6. I. d. 1. prætera castigatio additur, si dolus subsit gravior, §. 10. I. eod. Si tamen persona sit cognata vel affinis, etiamsi dolus subsit, famæ tamen ejus parcendum. §. 2. I. d. t. & aliquando solum curator ad- jungitur. *I. ff. 9. de susp. tutor.*

Add. *L. 1. T. ult. I. d. susp. tutor. vel curat.*

TIT. XXVII.

DE

ACTIONIBUS RATIONE TUTELÆ CURAEVE COMPETENTIBUS

APHOR. I.

Per suscep^{tam} administrationem tutelæ, Tutor rati-

E 3 qs. one admi-

nistratæ
tutelæ con-
venitur
1. actione
tutelæ.
L. 27. ff. 1. 3.
de tut &
rat. distrah.
& util cur.
caus. act.

qs. contractus initur; de quo l. 3. t. 18. §. 9.
agetur. Ex illo oritur actio tutelæ directa,
qua pupillus contra tutorem experitetur, ut res
iuxta inventarium restituat, rationes reddat,
reliqua solvat, & damna præstet. l. 1. pr. §. 1.
Et seqq. ff. de tutel. Et rat. distr. et quidem
est reddenda ratio a tutori in loco, ubi gessit
tutelam. Decis. Electoral. 36. Arbitrari ita-
que debet iudex, quid, excussis rationibus,
tutorem pupillo præstare & reputare oporteat
l. 3. ff. d. t. unde arbitrium hæc actio dici-
tur. rubr. C. arbitr. tutel.

2. actione
derationi-
bus distra-
hendis.

Competit
etiam tu-
tori contra
pupillum
actio tute-
lae contra-
ria.
L. 27. ff. t. 4.
de contrar.
iat. & util.
act.

II. Præterea tutor aliquando ex bonis pu-
pilli, durante tutela, quid abstulit, unde da-
tur etiam actio de rationibus distrahendis vel
dispungendis, quæ actio est ex delicto, seu ab-
latione & interversione rei pupillaris, & da-
tur in duplum, quod duplum partim poenam,
partim ipsam rem continet, & ita mixta est
actio. l. 1. §. 21. 22. 23. ff. de tutel.. Et rat.
distr.

III. E contrario vero datur actio tutelæ
contraria, qua nimis tutor convenit pupil-
lum, ut impensas restituat, eum liberet a fide-
iussionibus, & res ipsius ab onere pignoris, &
alia damna resarciat, tot. tit. ff. de contr. tut.
Et util. act. Potest etiam hac actione tutor,
qui simul est advocatus vel artifex, pro præ-
stita opera salarium petere FARNICISCVS MVN-
NOZ de ESCOBAR, de ratiocin. c. 27. n. 54.
BERLICH. Dec. 121. 130.

Pupillus caueat ne sopiaet exceptione seu potius
territione proprie tutores, ea nomi. Iur tuto
vrum defecte regnorum sine, u. et orfis firste in
pupill magis ign dispensatione solandri u. et
nisi quod fieri ign obcaufer, den pupilla la.
grossi, et resolu, ius in die liquida u. dab boro.
et Goli aux v ror fruare yrobon, bib et mit
den illiquidis sine regnigrit fatta. Sed
hoc falsum est. Liquida enim ab illiquidis
possunt separari.

in loco, ubi gesit tutelam. Actio tutelae con-
tra latorem instituit in foro gestae tutelae
et administrationis quod suadatum est
in L. 1. Cod. ubi de rationibus agit. Quod fo-
rum privilegiorum est ratione causatione
de contradicente tuteore non potest mutari.
Ergo non concurret forum domiciliu ordina-
rium, nec papillo dat electio, an in foro do-
miciu an gestae administrationis agere
velit, sed praeceps agendum est propter dif-
ficultatem rationum reddendaru in loco
ubi administratum est; quod notandum est
contra differentes DD. Potest vero in
haec actione iudex ultra petita papilli pro-
nunciare, unde dicit actio arbitria, quae
plerior est quam actio bonae fidei, it que
iudex iudicat ex aequo et bono, v. g. Monc. I
Hormundus dñe frisung obigrala get non den
gral, den pupillen fructus bonum diligenter solan
Iur iudex, omnia dey. 3. Iur pupill Davidem ange-
gat, et alium dispensatione frisung sonda aus zupm fideri.

I. V. Act. subsidiaria contra Magistratus
propter dolam vel negligentiam in con.
stituendis tutoribus admissam non dat
contra successores in officio. Est enim
actio ex delicto, sed contra heredes eos,
qui gesserunt illo tempore magistratum
eotamq; heredes. Respicit vero ad temporis
constitutionis. Superueniens enim in
habilitas magistratui vix nocet, non
tamen erit extra culparum, si annuas non
exegerit rationes a tutoribus. Pro.
pter deceptum ergo cautionis idoneae
usus adhuc est huius actionis, quam
uis difficultis sit, prout docet Philippi
in Vnu pratico Institut. ecloga (responso)
89. et Zaurischliffers de actione su.
telae subsidiaria.

directo

IV. Actio tutelæ utilis competit minori Curator contra curatorem, ut rationem reddat & da- convenitur. mna resarciat, & res iuxta inventarium resti- actione tu- tuat l. 20. §. 1. ff. de tutel. & rat. distr. & uti- telæ utili, li curat. caus action. Datur quoque, con- utili ne- stante cura, actio utilis negotiorum gestorum gottorum l. 7. C. arbit. tut. l. 17. C. d. negot. gest. gestorum quæ etiam instituenda contra curatorem fu- actione, riosi. l. 4. §. 3. ff. de tut. & rat. distrab. utili actio- Datur etiam contra curatorem actio utilis de ne de ratio- rationibus distrahit. l. 3. C. arbitr. tut. nibus dis- trahendis.

V. Vicissim vero curatoribus contra mino- Minorem res, ut impensas restituant & alia resarciant, curator datur utilis tutelæ actio contraria. d. t. ff. de convenit contr. tut. & util. act.

VI. Ultimo datur actio subsidiaria; excus- ne tutelæ sis scil. tutorum, fideiussorum, ac eorum he- contraria. redum facultatibus; in Magistratus, qui non L. 27. ff. t. 8. diligenter pupillis minoribusve prospexe- de Magistr. conv. runt, ut damnum, ob illam negligentiam pu- pillo vel minori obveniens, resarciant. tot, tit. D. & C. de Magistr. conven.

TIT. XXVIII.

DE

ALIIS CURATORIBVS.

APHOR. I.

Notandum hic venit, quod etiam peregre aliquando absentibus aliquando curator detur, qui v. g. etiam ma- hereditatem obvenientem administrare de- ioribus, da- bet. & ab isto illa præstanta veniunt, quæ a cu- tur cura- ratore minorum. Si vero quis diu absit, admir- tor: ni- aliquando vero proxi.

mis herèdi- nistratio illis permittitur sub cautione, qui
bus admi- proximi ejus essent post mortem heredes.
nistratio Porro si lis oriatur, quis sit proximus heres
conceditur; futurus, is, qui in morte absentis se fundat,
ac lite o- eam probare debet: si autem vitam absentis
riente is, quis alleget, ille hanc probare debet.
qui mor-
tem vel vi-
tam absen-
tis allegat,
probare de-

Similiter 11 Similiter si forte absit vel mortuus sit de-
& curator bitor, nec ei heres existat, vel quis bonis ces-
bonorum ferit, curator bonorum constituitur, qui cre-
constitui- ditoribus respondeat, & bona debitoris cu-
tur, qui stadiat, administret, vendat etiam, & ex pre-
creditori- dicto creditoribus solvat. tot. tit. ff.
bus respon- de curat. bon. dand. Constituitur hic a judi-
deat. ce legitimo, citatis illis, quorum interest.
L. 42. ff. t. GAIL. I. O. 130. n. 3. Debet igitur & hic bo-
7. de curat. vid. SCHRÖER. von Vormundschaften.
bonis da- do.

Jure Sa- III. Præterea jur. Saxon. fœminis, etiam
majoribus, dantur curatores ad litem a Ma-
xon. fœmi- gistratu competente, vel ratione domicilii,
nis curato- vel ratione bonorum, vel ratione loci, ubi
res ad li- negotium geritur. Decis. Elect. novis. 29.
tem consti- tuuntur. Hi vero bona fœminarum non administrant,
sed tantum consilio suo ipsis assistunt.

qui necessa- IV. Et quidem in judicio omnino opus ha-
riri sunt in bent curatore ad litem; in negotiis vero extra-
judicio: judicialibus jure quidem communi Saxonico
extra judi- cium vero distinguuntur inter virgines, vel viduas, & uxores.
cum vero non nisi *uxores iis* Illæ, quæ scil. maritum non habent,
etiam absque curatore omnia valide agunt;

ha

permittit sub cautione cura absentis Iure
Germanorum est legitima, quae competit
agnatis vel cognatis absentis propter con-
modum futuræ successionis, si modo idone-
am cautionem praestare possint, licet sint
feminae aut minoriores si modo sunt cogra-
ti; vid. Lyrker Resolut. 71. Neq; rigore
proximitas gradus semper attendit; vid.
Werner in obsero. Part. I. Obs. 204. Proxi-
mitatis enim punctum seu respectu pertinet
ad hereditatem, non vero ad quaestiones
de cura absentis.

I. II. Curator bonorum accipit salarium pro
admiristranda massa concursus, id credit
massa, sive eis, quod superest ex patrimonio
debitoris, neq; est officium publicum sed ex
libertate suscipit. Curator litis sive co-
tradictor respondet creditorib; propter
liquidum et prioritatis punctum seu passu.
Distincta ergo sunt officia; concurrere
tamen possunt in una persona; vid. Brus.
remann et Sudovici in processu in concur-
su creditorum Cap. I. S. 10.

I. III. IV. V. Olim apud Romanos feminæ erant
sub perpetua tutela. Legib; enim XII. tabul.
feminæ erant in manu parentum, fratrum
et maritorum; vid. Eberhard et Heineccij
in diff. de perpetua feminarum tutela.

Jure Iustinianae non op̄g habent curatore, postquam factae sunt maiorennes. Iustiniāns enim subtilit hanc necessitatem. In Germania multis in locis est curatore sextus op̄g, qui opposit curatori aetatis, atq; est consiliaris quasi feminae, non vero ad ministrat. Apud personas illustres dicit Wittumb. Fort; vid. Dñus de Ludolff in tr. de cura feminaram illustriam. Sunt vel generales, qui constituunt in foro domiciliū uxoris vel foro generali, et in omnibus causis extra territorium valide adhibentur; vel speciales, qui constituantur ad certam actionem, in foro contractus vel litis pendentis. Talis modi curator dicit in Rer. german. Norimberga cum potestas expirat cum ipso acta.

2) Curator est vel legitimus sine maritus, qui statim per ingressum thori talis filii dicit fr̄l. Norimberga, vel extraneus siue confirmatus a Magistrata. Saepius tandem in praxi adhibetur etiam confirmatio mariti magis ex praeiudicio quam ex auctoritate.

hæ vero, nim. uxores, opus habent curatore, *opus ha-*
 & possunt etiam mariti in negotiis, ipsos non *bent:*
 concernentibus, curatores suis uxoribus *jure, tamen*
Saxonico
constitui; alias alias dandus est curator. Secun- *indistincte*
dum jus autem Electorale Saxon. indistincte fœminæ.
fœminæ curatore opus habent. vid. *Constit.*

Elect. 15. p. 2. & Decis. Elect. noviss. 24.

V. Ille constituitur seu confirmatur cura- *Confirmat-*
tor quem fœmina petit, & qui hanc curam tur cura-
sponte in se suscipit. Confirmatio hoc modo *tor, qui pe-*
fit, ut Magistratui constituenti promittat, *titur.*
quod velit fœminæ fideliter assistere, ejus-
que commodum observare: super qua con- *Curatori-*
*firmatione curatorium, uti vocant, literis *um confici-**
concipitur, & sigillo judiciali *tur.*
obsignatur.